ſatione generando, ſive [1] ſoli, ſive cum aliis ad ſucceſſionem vocantur. §. 2. Hujus autem perpetuæ noſtræ legis beneficia eos volumus obtinere, qui in monaſterio vel clericatu perſeveraverint. Nam ſi qui eorum, de quibus præſentem legem poſuimus, ſanctimonialem vitam elegerint, ad ſecularem autem converſationem poſtea remeaverint: jubemus [2] omnes eorum res ad jura ejusdem eccleſiæ vel monaſterii, a quo receſſerint, pertinere. §. 3. His ita diſpoſitis, repetita [3] lege jubemus, ut nullus Judæus, vel Paganus, vel hæreticus ſervos [4] Chriſtianos habeat; Quod ſi inventi in tali reatu fuerint; ſancimus ſervos omnibus modis liberos eſſe, ſecundum anteriorem noſtrarum legum tenorem. † In præſenti autem hoc amplius decernimus: ut ſi quis ex prædictis Judæis, vel Paganis, aut hæreticis habuerit ſervos nondum catholicæ fidei ſanctiſſimis myſteriis imbutos, & prædicti ſervi deſideraverint ad orthodoxam fidem venire; poſtquam Catholicæ eccleſiæ ſociati fuerint; in [5] libertatem modis omnibus ex præſenti lege eripiantur; & eos tam Judices provinciarum, quam ſacroſanctæ eccleſiæ defenſores, nec non beatiſſimi Epiſcopi defendant, nihil pro eorum pretiis penitus accipientibus dominis. Quod ſi forte poſthac etiam ipſi domini eorum ad orthodoxam fidem converſi fuerint, non [6] liceat eis ad ſervitutem reducere illos, qui eos ad fidem orthodoxam præceſſerunt. Sed ſi quis talia uſurpaverit, pœnis graviſſimis ſubjacebit.

† Hæc igitur omnia, quæ pietatis intuitu noſtra ſanxit æternitas, omnes Judices, & religioſiſſimi antiſtites, ſive Africanæ diœceſeos (in qua maxime hujusmodi vitia frequentari cognovimus) ſive aliarum provinciarum, gnaviter & ſtudioſiſſime obſervari procurent. Nam contemptores non ſolum pecuniaria multa, ſed etiam capitis ſuppliciо ferientur.

De legato annali.

57. [7] Idem A. Joanni P. P.

PRæſens lex in alterius legis ſcriptæ a nobis refertur mentionem: quam proculdubio, & denuo confirmare cum quadam meliore putavimus oportere adjectione, majorem pœnam contra delinquentes proferendo; non [8] quia augmentis delectemur pœnarum, (nihil enim nobis tam gratum eſt, quam humanitas) ſed ut metu pœnæ eos, qui ad peccandum proclives [9] ſunt, a peccando arceamus. Scimus igitur, nos ſcripſiſſe legem [10] dicentem nullam eſſe licentiam ſanctiſſimarum eccleſiarum Œconomis, aut antiſtitibus xenonum, aut noſocomiorum, aut ptochotrophorum, aut monaſteriorum ſive virorum ſive mulierum, aut aliorum talium corporum [11], quorum præfata conſtitutio meminit, ea quæ in perpetuum illis relicta ſunt, quæ Annalia vocant leges, ſecundum aliquod pactum aut auro diſtrahere certo, aut alienare aliter per quemcunque modum, & poſteris adimere id, quod eis obveniret exinde, ſolatium: & convenientes legi adjecimus rationes: ut quia non amplius propter tale commentum, nec appellatio quidem annui conſervetur, niſi per ſingulos annos contingat præſtari, ſed ſemel repræſentatum [12], poſtea perfecte pereat. Hanc iterum cum aliqua adjectione renovantes legem ſancimus: ſi quis aut Reverendiſſimorum Œconomorum, aut xenodochorum, aut noſocomorum, aut ptochotrophorum, aut gerontocomorum, aut brephotrophorum, aut orphanotrophorum, aut archimandritarum, aut aliorum contentorum [13] priore noſtra divina conſtitutione perſonarum; id quod in perpetuum relictum eſt venerabilibus domibus, quibus præſunt, ſive in auro, ſive in aliis rebus, tentaverit transmutare, ne videatur eſſe perpetuum, ſed transactionibus aut venditionibus, aut quibusdam aliis machinationibus, ut quod perpetuum manere debebat, terminetur, tentaverit, præter vim a nobis super profectæ in hujusmodi rebus divinæ legis: nullam habere ullo modo licentiam hoc facere: ſed & ſi fecerit; irritum eſſe quod factum fuerit: & licentiam eſſe ei [14], qui poſt ipſum eandem ſuſcipiet curam, vel etiam eo negligente (ut fieri poteſt) cæteros deinceps omnes ſtatim revocare id, quod fuerit factum, & ita infirmum declarare, atque ſi ab initio non proceſſiſſet: ut & fructus medii temporis, & uſuras, & omnem utilitatem ad ipſum pertinere omnimodo locum: omnibus quæ medio tempore attentata ſunt, quieſcentibus. Homini etenim cuique curſus [15] unus [16] eſt vitæ ab opifice datus, cujus finis eſt omnino mors [17]: venerabilibus vero domibus, & earum cœtibus, indefinenter a Deo cuſtoditis, non eſt neque ſecundum earum poſſeſſiones inducere aliquam metam: ſed quousque utique permanſerint venerabiles domus; (manent [18] autem in perpetuum, & usque ad hujus ſeculi conſummationem, quousque *Chriſtianorum* nomen apud homines erit & coletur) æquum itidem [19] eſt, manere & in perpetuum relictas erogationes, aut reditus immortales ſemper piis actionibus nunquam ceſſaturis ſervitutos. Eum igitur, qui tale quid deliquerit, & transferre rem auro accepto, aut per aliam occaſionem præſumpſerit, damnum quidem nullum induci (ſecundum ea, quæ prædicta ſunt) his contra quas talia perpetrarunt, domibus: ſed illas quidem domos, & aurum, & rem lucrari [20], quam acceperunt; & nihilominus relictum exigere abſque ulla quacumque diminutione, tam ab ipſo qui hoc egit, quam ab ejus heredibus & ſucceſſoribus, & illius res, & bona obligari ipſi, qui cum eo contraxit: & ea ipſe vindicet, tam contra illius perſonam, quam bona ipſius, usque ad plenam & competentem ipſi indemnitatem: ne ſcil. contra venerabilem domum, quam contra fas fraudavit, ullam ſperet datorum recuperationem, aut ejus quod factum eſt inſtaurationem: Quod autem ad ipſum, quo cum contraxit, attinet: omnem habeat a legibus licentiam [21] regredi contra ipſum, & heredes ejus, & ejus res, & quod datum eſt, ſi poſſit, exigere, ut, ſi minus ob Dei metum, metu ſaltem propriæ ipſorum ſubſtantiæ, & ſuorum heredum tardiores fiant ad hujusmodi pactiones; quas in confeſſo eſt eos nullius boni cauſa celebrare, ſed vel pecuniis corruptos, vel affectionibus quibusdam ſuperatos. Quæ omnia per hanc divinam legem prohibentes & ipſam ſacris noſtris inſcribi legibus ſancimus, & offerimus ipſi domino univerſorum Deo & ſalvatori noſtro Jeſu Chriſto, pulchrum quoddam & conveniens ipſi ſacrificium & ipſam adducentes. Datum prid. Id. Septemb. CP. Dn. JUST INIAN. P. P. A. IV. & PAULINO V. C. CONSS. 534.

TIT. IV.

DE EPISCOPALI [22] AUDIENTIA [23]; ET DIVERSIS CAPITULIS, QUÆ AD JUS [24] CURAMQUE [25], ET REVERENTIAM [26] PERTINENT PONTIFICALEM.

De modo mercandi.

1. Impp. VALENTIN. & VALENS AA. [27] ad Julianum comitem orientis.

NEgotiatores, [ſi] qui ad domum noſtram pertinent, ne [28] modum [29] mercandi videantur excedere, Chriſtiani [30], (quibus verus cultus eſt adjuvare pauperes, & poſitos in neceſſitate) provideant [epiſcopi]. Dat. 15. Kalend. Mart. [31] *Conſtant.* VALENTINIANO [32] & VALENT. AA. CONSS. 368.

De clerico ante definitivam ſententiam appellante.

2. Iidem AA. ad Claudium P. P.

SI [33] clericus ante [34] definitivam ſententiam, fruſtratoræ dilationis cauſa ad appellationis auxilium convolaverit; multam [35] quinquaginta [36] librarum argenti, quam contra hujusmodi appellatores ſanctio [37] generalis imponit, cogatur expendere. Hanc autem non fiſco [38] noſtro volumus [39] accedere, ſed pauperibus fideliter erogari. Dat. 6. Id. *Jul.* VALENTINIANO N. P. & VICTORE CONSS. 369.

Qui ex carceribus die Paſchatis dimittuntur.

3. Imppp. VALENTINIANUS, THEOD. & ARCAD. AAA. Neotherio P. P.

NEmo [40] deinceps tardiores fortaſſis affatus noſtræ perennitatis expectet: exequantur Judices [41], quod indulgere conſuevimus [42]: ubi primus dies [43] Paſchalis extiterit, nullum teneat carcer incluſum, omnium vincula diſſolvantur. † Sed ab his ſecernimus eos, a quibus contaminari potius [44] gaudia lætitiamque communem, ſi dimittantur, animadvertimus: Quis [45] enim ſacrilego diebus ſanctis indulgeat? quis adultero, [vel ſtupri,] inceſtive reo tempore caſtitatis ignoſcat? quis non raptorem [virginis] in ſumma quiete, & gaudio communi perſequatur infantiſtu? nullam accipiat vinculorum requiem, qui quieſcere ſepultus quadam ſceleris immanitate non ſinit: patiatur [46] tormenta venefici, maleficus, adulter, violatorque monetæ; homicida, [parricidasque] quod [47] fecit, ſemper exſpectet: reus etiam majeſtatis [48], de domino [49] adverſus quem talia moliturus eſt, veniam ſperare non debet. † His ergo tali ſub adſtrictione damnatis, indulatum noſtræ ſerenitatis eo præcepti fine concludimus, ut remiſſionem veniæ crimina niſi [50] ſemel commiſſa non habeant: nec in eos liberalitatis Auguſtæ referatur humanitas; qui impunitatem veteris admiſſi non emendationi potius, quam conſuetudini [51], deputaverint. Dat. Kal. [52] Maji, ARCADIO A. & BAUTONE V. C. COSS. 385.

De numero, electione, & officio Prætorum.

[Imperator.]

TRes [53] tantummodo Prætores electæ opinionis in hac Urbe per ſingulos annos judicio Senatus præcipimus ordinari: qui competentes cauſas & debitos actus integre diſceptare, & atque retractare debeant.

De habitu virginum Deo dicatarum.

4. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Rufino P. P.

MImæ [54], & quæ ludibrio [55] corporis ſui quæſtum faciunt, publice habitu [56] earum virginum [57], quæ Deo dicatæ ſunt, non utantur [58].

1 Monachi parentibus ſuccedunt ab inteſtato, ſive foli ſint, ſive cum aliis. Sed hoc non ſervatur in Gallia, nec enim ſuccedunt parentibus tales liberi. vide Rebuff. *ibi num.* 22. 2 Pœnam monaſterium ſuum deferentis, & ad ſecularem vitam transeuntis obſerva. 3 Vel de qua ſæpius dixit, vel quia ſuperiores emendat. §. 1. *J. hic.* eo ſenſu Codex repetitæ prælectionis dicitur. 4 Vid. *J. ne Chriſtian. mancip.* 5 Chriſtiana profeſſione Judæorum ſervi & gentilium ſunt liberi: quod ætate Pauli non fuit. *epiſt. ad Philemonem verſ.* 10. 6 Semel imperata libertas invito & innocenti non poteſt adimi, videbatur autem res ad cauſam ultimi deciſſe. Chriſtiani ſervos Chriſtianos habere poſſunt: at non Judæi. 7 Interpretatio Contii. 8 Pœnarum augmentis principes delectari non debent. *l.* 8. *J. de judiciis. l.* 90. *l.* 183. *D. de reg. jur.* vid. Senecam 1. *de Clementia* 8. 9 Adde *l.* 5. *D. de extraord. criminibus. l.* 16. §. 10. *D. de pœn.* 10 *l.* 46. §. *ult. J. h. t.* 11 *l.* 46. §. 9. *J. h. t.* 12 Transactio improbatur, quæ fit ideo ut repræſentata pecunia conſumatur. *l.* 8. §. 6. *D. de tranſact.* 13 Περιπεχομενων, id eſt, de quibus diximus, *l.* 46. *J. h. t.* 14 An & ei, qui iple transigit? id videtur. *arg. l. pen. & ult. ff. de poſtul.* 15 Et quali curſores vitæ lampada tradunt. *Lucret.* 2. 16 Unus hic vitæ ſtatus, quid eſt ſtatus præcriptus, finitus ac certus. 17 Περας τȣ βιȣ, ὁ θανατος *Nov.* 1. *c.* 1. *in fin.* πανται διελυσαν θανατος. *Nov.* 22. *c.* 20. De morte vid. Sebaſtianum Medicem *in tractatu, Mors omnia ſolvit.* 18 Voto ſaltem: nam interdum diruuntur. *l.* 73. *in pr. ff. de cont. empt.* 19 Perpetua perpetuam cauſam habent. 20 *Novell.* 7. *c.* 6. Galli *le drap d' Argent.* 21 *Nov.* 6. *c.* 6.

22 De Epiſcopali judicio, *C. Theod. l.* 16. 23 *l.* 25. §. *ult. prox.* 16. *C. Theod. l.* 1. *ult.* Audientia Epiſcopalis, non eſt juriſdictio, ut vult Accurſius; non eſt diœceſis, ut vult Haloander, quia ut foro, ita apparitione & executione carent Epiſcopi. Audientia, judicium eſt atque notio, quæ Epiſcopo in clericos & monachos competit. 24 *l.* 21. *in fin. prin. l.* 31. *in fin. l.* 32. *J. cognitionem. l.* 8. *J. h. t.* 25 *l.* 8. *J. h. t. l.* 18. *l.* 46. §. *ult. prox.* & providentiam, *l.* 1. *J. h. t.* officium, *l.* 5. *J. h. t.* 26 *l.* 8. *J. h. t. l.* 14. *l.* 7. §. *ult. prox.* 27 Secundo P. P. 28 Si modo mercandi videantur exercere ſolertium, ita referitur in *l.* 5. *C. Th. de luſtrali collat. l.* 13. 29 Epiſcopalis providentiæ eſt, ne mercatores carius (quam par fit) merces ſuas vendant. Eſt enim ſervandus modus in pretio & ejus officii pauperes adjuvare. 30 Id eſt, Epiſcopi præſertim. 31 Maji, *C. Theod.* 32 Divo Joviniano & Varroniano Conſſ. in *C. Th. nec non recipiuntur. l.* 11. 33 Hæc lex interpolata ex *l.* 2. *C. Theod. quorum appellationes non licet.* 34 Appellare fruſtratorie ante definitivam ſententiam *l.* 15. *l.* 16. *l.* 30. *C. Theod. l.* 11. *tit.* 36. 35 Quæ & prejudicialis dicitur. vid. Cujac. 12. *obſ.* 6. 36 *l.* 10. lex 5. *J. quorum appellationes*: quæ hic poſt-rior eſt. Eſt potius lex 10. 15. & 16. *d. tit. Theod.* 38 Quod ſit, ſi laicus fruſtratorie appellat. 39 Hoc non ſervatur in jure canonico. Bald. *hic.* 40 *l.* 8. *C. Theod. de indulgentiis criminum ſib.* 9. *tit.* 38. *Syn. Baſ.* 7. *tit.* 17. *cap.* 16. 1. Harm. 4. §. 10. 41 Convenit etiam Epiſcopis, id ut fiat, adde 60. *Eccl.* 35. *c.* 12. 42 Ubi jus deficit, ad conſuetudinem Princ. pis recurri poteſt. 43 Qui ſemper Chriſtianus inſignis fuit. adde *l.* 9. *D. ad SC. Turpill.* 44 Hujusmodi liberatio, relaxatio eſt potius, quam vera dimiſſio. 45 *l.* 10. *J. de feriis*, adde *l.* 3. *in fin. J. de abſtinentia.* adde quæ notavi ad *l.* 7. §. 2. *ff. ad l. Jul. Majeſtatis.* 46 Quæſtio haberi poteſt die feriato. 47 Pœnam tabionis homicidia ſuſtinet ſine remiſſione, ut vult Bald. 48 Lex de ſeditioſis quotidie queri jubet. Cic. *pro M. Cælio.* 49 Id eſt, a principe, quam appellationem recuſavit Auguſtus. De Principis beneficio deſperet, qui in Principem commiſit, *arg. l.* 37. § 1. *D. de minoribus* 25. *annis.* 50 Geminatum delictum venia caret. vid. quæ notavi ad *l.* 15. *in fin. D. ad SC. Turpill. l.* 28. §. 3. *ff. de pœnis*, v. Bellov. 3. *pract. c.* 16. n. 7. & *c.* 19. n. 10. Pap. 24. *Arreſt.* 10. *n.* 8. 51 Qui iterum deliquit poſt veniam ſemel impetratam, conſuetudinem quandam peccandi habere dicitur. Et tamen de hinc colligas, conſuetudinem ex bino actu generari: agitur enim non de conſuetudine juris, ſed facti. Bald. *hic.* loquitur ergo ὑπερβολικως, nec enim habitus ex uno aut altero actu generatur, v. Cujac. 20. *obſ.* 1. 52 V. Kal. Mart. *C. Theod. h. t.* 53 Hæc lex deeſt in ſcriptis, & in Haloandri editione. Eſt autem ultima, *J. tit. de offpret.* Et vero quomodo hoc pertinere poſſit, non video. v. & hic Contium. 54 Pars *l.* 12. *C. Theod. de ſponſis, lib.* 15. 55 Adde *Nov.* 6. *c.* 6. 56 *Novell.* 123. *c. ult.* vid. Pet. Greg. 38. *ſyntag. cap.* 9. *in fin.* 57 Ut & matronarum, Tertull. *cap.* 6. *apologetici*, vetantur ab eodem Theodofio, *l.* 11. *C. Theod. l.* 15 *ſponſis l.* 15. uti gemmis, ſtillatuis, ſericis & textis, uti auratis. 58 Vetantur etiam uti aliis veſtibus; & inter cæteras, iis quæ cruſtæ dicuntur, *l.* 11. *C. Theod. l.* 15 *tit.* 7. Cæterum e Codice Theodofiano, *l.* 12. *hoc tit.* ſupplenda ſubſcriptio: Dat. 11. *Kal. Jul. Herall. Arcad. A.* 111. & *Honorio A.* 11. *Conſſ.* id eſt, a. 394.

De archigeron. & diœcetis ergaſiotanor.

5. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Gennadio Præfecto Auguſtali.

ARchigerontes [1], diœcetæque [2] ergaſiotanorum [3] nonniſi [4] Chriſtiani dirigantur: quod Officium tuum ſollicitis obſervet excubiis. Dat. Non. Februar. *Conſtantinop.* PP. *Alexandriæ*, EUTYCHEO, ARCAD. IV. & HONOR. III. AA. CONSS. 396.

Ne quis damnatum eximat. De appellatione.

6. [5] Iidem AA. Eutychiano.

ADdictos [6] ſupplicio, & pro criminum immanitate damnatos, nulli clericorum vel monachorum, eorum etiam, quos *ſynoditas* [7] vocant, per [8] vim atque uſurpationem vindicare liceat ac tenere. Sed & reos ad locum pœnæ ſub perſecutione [9] pergentes nullus teneat aut defendat. Sed ſciat ſe Cognitor [10] triginta librarum auri multa, & primates Officii, capitali eſſe ſententia feriendos, niſi uſurpatio iſta vindicetur. At ſi tanta clericorum aut monachorum audacia eſt, ut bellum potius, quam judicium futurum eſſe exiſtimetur: ad Clementiam noſtram commiſſa referantur, ut arbitrio [11] noſtro mox ſeverior ultio procedat. Ad Epiſcoporum ſane culpam (ut cætera) redundabit, ſi quid forte in ea parte regionis, in qua ipſi populos Chriſtianæ religionis doctrinæ inſinuatione moderantur [12], ex iis, quæ fieri hac lege prohibuimus, a monachis perpetratum eſſe cognoverint, nec vindicaverint [13]. Quibus in cauſa [14] criminali, humanitatis conſideratione, ſi tempora ſuffragantur, interponendæ provocationis copiam non negamus. Dat. 6. Kal. Aug. *Mnyzo.* HONORIO A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

De his, qui ex conſenſu litigant apud epiſcopum.

7. Iidem AA. Eutychiano P. P.

SI [15] qui ex conſenſu apud ſacræ [16] legis antiſtitem litigare voluerint, non vetabuntur: ſed experientur illius in civili duntaxat negotio, more [17] arbitri, ſponte reſidentis judicium. Quod his obeſſe non poterit, nec debebit, quos ad prædicti cognitoris examen conventos, potius abfuiſſe [18] quam ſponte veniſſe conſtiterit. Dat. 6. Kalend. Auguſt. *Mediolani*, HONORIO A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

8. Imppp. ARCADIUS, [19] HONOR. & THEOD. AAA. Theodoro P. P.

EPiſcopale judicium ratum ſit omnibus, qui ſe audiri a Sacerdotibus elegerint: eamque [20] illorum judicationi adhibendam eſſe reverentiam jubemus, quam veſtris [21] deferri neceſſe eſt poteſtatibus, a [22] quibus non licet provocare [23]. Per Judicum quoque Officia, ne ſit caſſa epiſcopalis cognitio, definitioni [24] executio tribuatur. Dat. Idib. Decembr. BASSO & PHILIPPO CONSS. 408.

In AUTHENT. de ſanct. Epiſc. §. ſi quis autem litigantium. col. 9. tit. 6. al. tit. ult. ſeu Novell. 123. cap. 21.

SI quis litigantium [25] *intra decem dies contradicat* [26] *his, quæ judicata ſunt: tunc locorum Judex examinet cauſam: & ſi invenerit judicium recte factum, etiam per ſententiam ſuam propriam hoc confirmet* [27], *& executioni* [28] *propriæ tradat, quæ judicata ſunt: & non liceat vidio iterum in tali cauſa appellare. Si vero ſententia Judicis contraria fuerit; tunc licet a ſententia Judicis appellare. Si tamen ex imperiali juſſione, aut judiciali* [29] *præcepto Epiſcopus judicat inter quascunque perſonas, appellatio aut ad Principem, aut ad eum, qui transmiſit negotium, transferatur.*

De cuſtodiis.

9. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Cæciliano P. P.

JUdices [30] Dominicis [31] diebus productos reos de cuſtodia [32] carcerali videant & interrogent, ne his humanitas clauſis [33] per corruptos carcerum cuſtodes negetur: victualem ſubſtantiam non habentibus faciant miniſtrari libellis [34] duobus, aut tribus diurnis, vel quot exiſtimaverint Commentarienſes [35], decretis [36]: quorum [37] ſumptibus proficiant alimoniæ pauperum: quos ad lavacrum ſub fida cuſtodia duci oportet. Multa Judicibus viginti librarum auri, & Officiis [38] eorum ejusdem ponderis conſtituta, Ordinibus quoque trium librarum auri multa propoſita, ſi faluberrima ſtatuta contempſerint. Nec deeris Antiſtitum Chriſtianæ religionis cura [39] laudabilis, quæ ad obſervationem conſtituti judicis hanc ingerat monitionem. Dat. 7. [40] Idus Febr. *Ravennæ*, HONORIO VIII. & THEODOSIO III. AA. CONSS. 409.

De mathematicis.

10. Iidem AA. Cæciliano P. P.

MAthematicos [41], niſi parati ſint, codicibus [42] erroris proprii ſub oculis Epiſcoporum incendio concrematis [43] Catholicæ religionis cultui fidem tradere, nunquam [44] ad errorem primum redituri; non ſolum Urbe Roma, ſed etiam omnibus civitatibus depelli decernimus. Quod [45] ſi hoc non fecerint, & contra clementiæ noſtræ ſalubre conſtitutum in civitatibus fuerint comprehenſi, ut ſecreta erroris ſui & profeſſionis infinuaverint, deportationis pœnam excipiant. Dat. Kalend [46] Februar. *Raven.* HONOR. VIII. & THEODOSIO III. AA. CONSS. 409.

De reverſis ab hoſtibus.

11. Iidem AA. Theodoro P. P.

CHriſtianos [47] proximorum [48] locorum volumus ſolicitudinem gerere, ut Romanos [captivos,] qui reverſi fuerint, nemo teneat [49], nemo injuriis aut damnis afficiat. Dat. 3. [50] Idus Decemb. HONORIO VIII. & THEODOSIO III. AA. CONSS. 409.

1 *l.* 1. *C. Th. de Alexandrina plebis primatib. l.* 14. *tit.* 27. Hi, qui & diœcetæ, fuerunt defenſores Alexandrinæ urbis: ne aliquin putes cum Accurſio archipresbyteros, aut archiepiſcopos, aut minores ſacerdotes fuiſſe. Hotomanus legit Archigerontes, quos vocari principales Alexandrinos, *l.* 56. *in pr. J. de decurionibus.* ſummates ordinis Alexandrini, *l.* 57. *in pr. de tit.* Alexandrinæ plebis primatibus, *l. Archigerontes.* 1. *C. Theod. de Alexandrinæ plebis primatibus.* ſane Archigerontes nihil aliud, quam γερουσίας, id eſt, ſenatus & curiæ primi: curiæ, inquam, municipalis, ſeu Senatorum municipalium, principalis curiæ. Neque enim raro in jure munera civitatis Alexandrinæ Græcis vocabulis exprimuntur, exemplo ſint: κριτολογία, πραγματοκρατία, οἰκ πραιτεῦσα. *l. ult.* §. 19. *ff. de muneribus.* ὑπομνηματογράφοι, *l.* 59. *C. Theod. de decur.* 2 Hoc eſt, curatores corporis ergoſitonorum. Fuerunt enim civitatibus ſua corpora, ut & curiæ. His ditiores: illis tenuiores adſcripti. Harum primi, Archigerontes, ut paulo ante dictum eſt, ſummates & primates. *l.* 57. *J. de decurionibus*, & pro urbis amplitudine interdum pauciores vel plures. Hinc tres primates, *l. de creationibus.* 27. *verſ. ſin autem. J. h. t.* quinque ſummates ordinis, *d. l.* 57. *in pr.* decem primi curiales, *l.* 239. §. 5. *ff. de verb. ſignif.* corporum vero primi διαιτηται, *hic ut & Nov.* 128. *c.* 16. Curatores corporis, *l.* 3. §. 2. *D. de colleg.* patroni corporum, *l.* 11. *C. Theod. de piſcatib. l.* 9. *C. Theod. de fuariis*, reliqui corporati, *l. ult. C. Theod. de Alexandrinæ plebis primatibus*, *lib.* 14. *tit. ultim.* hic itaque ſunt ergoſitonæ: quibus cura precipua frumenti comparandi injuncta eſt. Quod ſi roges, cur hos ex Chriſtianis eligi mandet Imperator, fortaſſis ea fuerit ratio, quod Alexandrini factioſi, Philo *in Flaccum*, *Dion.* 39. quos & alias ſibi Chriſtianæ contempta, commercia monaſteriorum uſurpaſſe conſtat ex *Nov.* 7. *cap.* 11. 3 Ergaſiocionorum, *Hal.* ἐργασίας πραματων, Alc. 3. *diſp.* 18. quo nomine diſpenſatores principalis annonæ intelligit. Hotomanus legit, *Ergaſtorum.* Ergaſtis gubernantur. Alii legunt, Ergaſiotarum. Ergaſiotanorum vocabulo Accurſius, (ut eſt accuratus & felix in vocabulorum difficilium interpretatione], Chriſtianos intelligit damnatos ad Metalla. Sunt enim ei *ſeotona* metalla. Ego vero legendum puto, diœcetæ Ergaſiotanorum, ac ſi diceas, Præfectos eorum qui frumentum Alexandriæ comparant, σιτωνες nanique eſt curator frumento comparando. *l. ult.* §. 5. *D. de muneribus.* Id munus Juſſinianus appellat αἰσιας ἐμβολῆς διοικηση. *Edict.* 13. *de Alex. in c.* 4. *c.* 8. *in fine.* quemadmodum & id quod Alexandria Romam mittebatur αἰσια, ἐμβολῆς σιτου ibi & *cap.* 8. αἰσιαν σιτοπομπειαν. Superiorem etiam ſententiam confirmat *l.* 17. *infr. h. t.* 4 *N. l.* 5. *J. de diverſ. offic. & appar. lib.* 12. *tit.* 60. 5 Legis hujus explicationem pete ab Ægidio Boſſio *tit. de captiva, num.* 15. & *ſeqq.* de quo & Gothofredus monuit. *Mod.* 6 *Pars legis* 16. *C. Th. de pœnis*, *l.* 9. & *l.* 57. *C. Theod. de appell. l.* 11. 7 *Lib.* 11. *C. Theod. tit.* 30. *l.* 57. cœnobitas *l.* 9. *C. Theod.* 40. *l.* 16. Gennadius *in Eugario*, compoſuit cœnobitis ac ſynoditis doctrinam aptam vita communi. Soc. 4. *hiſt.* 23. προς τȣς ἐν κοινοβιοις ἢ συνοδιοις μοναχȣς, Synoditæ & Cœnobitæ ſunt, quibus res & eadem domus, & omnia communia ſunt. v. Cujac. *ad Novell.* 5. 8 Eam licentiam forte utiurparunt clerici exemplo Pontificum; quorum occurſus ſæpe leyabat ductos ad tribunalia. Cujac. *hic.* Qui ad verbera ducebatur ſi ad pedes flaminis Dialis provolviſſet, eo die verberari piaculum erat. 10. Gell. 15. Plutar. *in Num. ubi de Veſtalibus & problematum* 3. *ubi de ſtatu. Dial.* Quin vinctum, ſi ad ſeſe eum Dialis introviſſet, ſolvi neceſſum erat: & ejus vincula per impluvium in tegulas fuſtuci atque vide foras ejici. Gell. *d. l.* id Veſtalibus etiam conceſſum. Plut. *in Numa* 1. v. Alexandrum ab Alexandro 5. *genial.* 12. ut & hodie, communi quorundam opinione, Cardinalibus. Clarus 5. *ſent.* 4. §. *ult. quæſt.* 98. *verſ. ulterius quero*: eam rationem reddit, quod Cardinales regibus æquiparentur, & in Cardinalibus tota fere moſeſtas Chriſtianæ reipublicæ reſideat. Eorundem domibus ac palatiis, idem *lib.* 6. §. *ult. q.* 30. *verſ. item quæ notavi ad l.* 15. *in fin. D. ad SC. Turpill. l.* 28. §. 3. *ff. de pœnis*, v. Bellov. 3. *pract. c.* 16. n. 7. & *c.* 19. n. 10. Pap. 24. *Arreſt.* 10. *n.* 8. 11 Pœna arbitraria punitur is, qui condemnatum eripuit, quæ etiam capitalis eſſe poteſt. v. Bald. *hic*; & Boſſium *tit. de Captiva* 3. *n.* 15. 16. 17. & 18. 12 Epiſcopi munus populos Chriſtianæ religionis inſinuatione moderari. 13 Delicta monachorum ab epiſcopis ſunt vindicanda. 14 *l.* 29. *infr. de quæ conveniri debeat lib.* 2. 15 Sumpta hæc lex videtur ex *l.* 10. *C. Th. de juriſdictione*, & *ubi pref.* Et vero quomodo hoc pertinere poſſit, non video. v. & hic Contium. 16 Idem ſicuti Judæis apud ſuos Patriarchas, *d. l.* 10. *C. Theod.* 17 In civili negotio laici poſſunt in epiſcopum, quaſi arbitrum & cognitorem, compromittere: ejusque judicium firmum eſt: latum tamen adverſus ſolos præſentes. 18 Adfuiſſe. *Hal. Geth.* quam varietatem recentiores veteresque omnes ſibi mutandum putarunt, cum omnia hæc eſt, quod *aſu* pro *abſu* ſcribebanc antiqui: ut hodieque probiſſimæ quæque membranæ attetantur. porro ad rem vide Benedictum Capram *in regulis. in tract. de prorogat. poſt concluſionem* 153. Mod. 19 Expungendum eſt *Arcadii* nomen. 20 Epiſcopus comparatur Præfecto Prætorio *ut hic*, ut & alibi Conſuli, *in Auth. ſed* 21 Qui ex Præfectus prætorio. 22 A Præfecto Prætorio non appellatur, ſed ſupplicatur. *l. un. infr. de ſententia pref. prat. l.* 19. *infr. de appell.* 23 Prorogatio juriſdictionis ſi fit, hoc eſt, ſi conſentitur in judicem, a cujus ſententia non appellatur, in cauſa prorogata appellari non poterit, Bart. *hic.* Ludov. Romanus *ſingulari* 11. 24 *Quod ſi ita lege*, definito executioni tribuatur. 25 De jure Canonico in praxi huic Authenticæ derogatum eſt: Non enim a ſententia Epiſcopi appellatur ad judicem ſecularem, ſed ad metropolitanum, vel ad Pontificem, *cap. duo. de offic. jud. Ordin. c.* 1. *de offic. del. & can. ad Romanam.* 2. *q.* 6. Nec tantum ſemel appellare licet, ut hic. ſed bis, non tertio. *Clement.* 1. *de Sent. & re jud. Aut.* 26 Contradicto animo appellandi, eſt ſpecies appellationis. *Bald.* 27 Sententia recte lata confirmanda. 28 Ne dicas ſimpliciter, Eum qui ſententiam confirmat, nulla competebat executio. Et ita magiſtratus ſecularis rogatus ab epiſcopali magiſtratu *37. n.* 5. *Quid? cujus judicis fuerit eam ſententiam exequi?* Dic, in criminalibus, ut ſe executionem: correctoriam executioni mandari a ſecundo judice: quod ex ea jus oriundi, confirmata tempore, ſeu deterione appellationis prioris. v. Bald. *hic.* 29 Seculares judices poſſunt cauſas epiſcopis delegare. 30 *Lex* 7. *C. Theod. de infr. h. t.* 31 Aliis etiam diebus epiſcopi tenentur id facere, *l.* 22. *cuſtodia reorum lib.* 9. 32 Diebus dominicis præſides debent cuſtodias inviſere & curare, ut commentarienſes eos tractent humanitet, eisque (niſi de ſuo vivant) præbeant & alimonias & lavacra. 33 Forte in intimis tenebris. *l.* 1. *infr. de cuſtod. rear.* 9. *C. Th.* 34 *D. l.* 7. libelli, ſuntue libræ ſarris (ut vult lex 12. tabularum apud Gell. 20. *c.* 1.) aut, ut legi *ibid.* vult Fornerius 1. *ſolect.* 6. ſeſtibra? *Libella* ibi funtue Spigelius? An vero a plurali *libelle* (*libra* diminutivo) derivabitur? Hoc Alciatus putat. An potius cum Forcatulo *c.* 23. *penult. in fin.* dicemus legendum, *Libellis duabus*; in feminino: & illa voce nummos ſignificari? ut ſit ſenſus: in carcerem conjectis, ſiquid egenis, *pecuniam ex publico det*, quanta ad tenuem alimoniam ſatisfacere poſſit, eamque cuſtodis emi a commentarienſi, ſumptibus *diurnum aut Priam. libellarum.* 35 Ut commentarienſi *d. l.* 7. & male: ſic legè *commentarienſi*, hac ſententia: Judices decernant libellas duas vel tres diurnas commentarienſi diſpenſandas pauperibus cuſtodiis. 36 Decretis: quorum &c. *Hal.* decretis quorum &c. *d. l.* 7. *C. Theod.* 37 Si vera eſt lectio Alciati, & Forcatuli, legendum eſt *quarum*: nec enim vox *libellis*, *libri aut libelli* diminutivum eſt, ſed *libra*: niſi eo relativo intelligamus ipſos nummos, ut ſit ſenſus: Commentarienſi duas aut tres libellas diurnas, pauciores vel plures in *proficant alimonias*, & *ſumptibus pauperum*, *quæ ad lavacrum* &c. 38 Id eſt male *d. l. C. Theod.* 39 *V. hujus tit. Epigraphen.* 8. Kal. Febr. *C. Theod.* 40 VI. ſed male *d. l. C. Theod.* 41 *l. penult. Cod. Theod. de maleficis, & mathematicis*, & *hic ſimilis. lib.* 9. *C. Syn. Baſil.* 1. περι μαθηματικȣν *c.* 17. Mathematici, ſunt impoſtores, qui mathematicorum liberali nomine adumbratantes inepitias iuas, profitentur ſe fata cujusque noſſe, & natalitias ſiderum obſervationes: quibus ſimiles ariuli, aruipices, augures, vaticinatores, ſomniorum interpretes, *V. infr. de maleficis.* 42 Id eſt, libris. 43 *V. l.* 6. *infr. de hæreticis & Manich.* 44 Id eſt, ac jurejurando dato ſe nunquam in eum errorem relapſuros. 45 Tribonianus hic ſominavit. Rectius Græci εἰ γαρ μετα ταυτα, id eſt, ſi poſtea; ut ſit ſenſus, Si poſt hanc legem latam. 46 *S.* Kal. Febr. *C. Th.* 47 Pars ultima *legis ultimæ C. Th. de poſtliminio lib.* 5. Porro *Chriſtianorum* voce hic maxime intelligit Epiſcopos Chriſtianorum. 48 Senius eſt: Subditi Romani hoſtium vicini, operam dare debent, ut captivis Romanis libera ſit ad ſuos redeundi facultas. *L.* 5. *C. Th.* 5. *l.* 2. 49 Sub jure pignoris. 50 *L.* 4. *C. Th.*

De lenonibus.

12. Impp. THEOD. & VALENT. Florentio P. P.

SI[1] lenones patres & domini[2] suis filiabus vel ancillis peccandi necessitatem imposuerint; liceat filiabus & ancillis, & Episcoporum[3] implorato suffragio, omni miseriarum necessitate absolvi[4]. Dat. 5 Kal. Maji, FELICE & TAURO CONSS. 428.

De clericos lite pulsantibus.

13. Imp. MARCIANUS A. Constantino P. P.

DEcernimus, ut[6] quicunque[7] Catholicarum ecclesiarum, quæ sub viro religiosò Archiepiscopo hujus[8] almæ urbis sunt, reverendissimum Oeconomum, (sive de ecclesiasticis, sive de propriis, & ad ipsum solum pertinentibus causis) vel quemcunque alterum earundem ecclesiarum clericum aliquo voluerit lite pulsare: apud[9] memoratum beatissimum Archiepiscopum causam dicat, in negotiis audiendis fidem ac sinceritatem geminam[10] præbituram, & sacerdotis, & Judicis: Volentibus[11] tamen actoribus pateat Episcopale judicium: ac nullus, qui hujuscemodi intendit in sacrosanctas ecclesias, vel in prædictos clericos actionem, ad religiosissimum Antistitem ducatur invitus. Dat. 8. Aprilis VARARI & JOANNE CONSS. 456.

De lenonibus. 1. *Ne mulier invita conjungatur mimis aut choris, aut aliud spectaculum in theatro agat.*

14.[12] Imp. LEO ad populum.

NEque servum, neque liberum corpus, sit, qui[13] audeat in meretriciam vitam producere, aut prostare: sive thymelicus[14] fuerit, sive alio pacto scenica persona: ac, si mancipium sit, quod prostat, in libertatem vindicetur a quocunque sine ullis sumptibus apud ejus oppidi magistratum aut Episcopum. §. 1. Quibus curæ crit, ne etiam invitam mulierem liberam, aut ancillam conjungi patiantur mimis aut choris, aut aliud spectaculum in theatro[15] agere invitam.

De advocatis.

15. Impp. LEO & ANTHEMIUS AA. Nicostrato P. P.

NEmo[16] vel in foro magnitudinis tuæ, vel in provinciali judicio, vel apud quemquam judicem accedat ad togatorum consortium, nisi[17] sacrosanctis catholicæ religionis fuerit imbutus mysteriis. † Sin autem aliquid, quoquo modo, vel quadam etiam machinatione factum, vel attentatum fuerit: Officium quidem sublimitatis tuæ centum librarum auri jacturam pro condemnatione sustineat: Idem vero, quicunque ausus fuerit, contra providum nostræ serenitatis decretum, officium advocationis per surreptionem arripere, & prohibitum patrocinium præstiterit, ab advocationis officio remotus, stylum proscriptionis ac perpetui exilii specialiter sustinebit: scituris etiam provincialium Rectoribus, quod is, sub cujus administratione aliquid hujusmodi fuerit attentatum, partis bonorum dimidiæ proscriptionem, & pœnam exilii per quinquennium sustinebit. Dat. pridie Kal. Aug. *Constantinop.* ANTHEMIO A. II. CONSS. 468.

De arrhis sponsalitiis.

16. Idem AA. Erythrio P. P.

SI legibus prohibitæ[18] non sint speratæ nuptiæ, & post arrhas sponsalitias sponsa conjugium sponsi propter religionis[19] diversitatem[20] recusaverit, si quidem probatum fuerit, ante datas easdem sponsalitias arrhas, hoc idem mulierem vel parentes ejus cognovisse, sibi debeant imputare: si vero horum ignari, sponsalitias arrhas suscperint, vel post datas arrhas talis causa pœnitentiæ intercesserit, iisdem tantummodo redditis, super alterius simpli pœna liberi custodiantur. Quod simili modo etiam de sponsis super recipiendis, nec non arrhis prælitis, custodiri censemus. Dat. Kal. Jul. MARTIANO & ZENONE CONSS. 469.

Περὶ τῶν σιτῶν. id est, *De curatore frumentario.*

17.[21]

ELectione Episcopi & primorum civium Sitonæ[22] fiant ex militaribus ordinibus, aut ex veteranis, aut ex tyronibus, sive militaturis: Qui id transgressus fuerit, triginta libris multetur.

De annonis militum stationariorum.

18.[23]

MIlites qui præsunt, & in custodia consistunt, in suis (ut vocant) sedetis[24] sive stationibus, species ad se pertinentes ex civitatibus, aut ex ejus regionis agricolis ad suas annonas arbitratu Episcopi, aut Magistratus, aut defensoris, si desit magistratus, accipiant. Neque cogatur collator numeratam[25] pecuniam præstare.

De defensoribus civitatum.

19. Imp. ANASTASIUS A. Eustachio P. P.

JUbemus eos tantummodo ad Defensorum[26] curam peragendam ordinari, qui[27] sacrosanctis orthodoxæ religionis imbuti mysteriis, hæc inprimis sub gestorum testificatione, præsente quoque religiosissimo fidei orthodoxæ Antistite, per depositiones cum sacramenti religione celebrandas patefecerint. Ita enim eos præcipimus ordinari, ut revendissimorum Episcoporum, nec non clericorum & honoratorum, ac possessorum, & curialium decreto constituantur. Dat. 13. Kal. Maji, SABINIANO & THEODORO CONSS. 505.

In AUTHENT. de defens. civ. §. interim. coll. 3. tit. 2. seu Novell. 15. cap. 1.

PRæsides gentium per unamquamque civitatem præparent homines non vilissimos, sed nobiliores civitatum habitatores, quibus aliqua ratio est bonæ opinionis constituta, nominare defensores per circulum: ut, eo expleto, rursus ad eandem sollicitudinem revertantur: decreto facto cum jurejurando omnium possessorum in ea civitate consistentium: electione facienda a Deo amabili Episcopo, & venerabili clero, & aliis in civitate bonæ opinioni studentibus. † Et nulli liceat defensoris ordinationem declinare: alioqui quinque librarum auri pœna coercebitur, quæ in[28] opera civitatis impendetur: & post pœnæ solutionem nihilominus defensoris officium suscipere cogetur, & jurabit, omnia secundum[29] leges & jus agere. † Et confirmabitur ex præcepto gloriosissimorum Præfectorum nostrorum. † Et in biennio solo administrabit. † Et judex potius, quam defensor esse videbitur: ut etiam testamenta & donationes apud hunc insinuentur, & acta apud eum componantur. Et habeat unum exceptorem, & duos officiales ex provinciali Officio. † Et judicet in causis pecuniariis usque ad trecentos aureos. † Præterea habeat defensor publicam habitationem, in qua monumenta recondat, & unum bonitiuent, qui acta conservet.

De jurejurando a magistratibus præstando: de exterminandis hæreticis. Nova constitutio FRIDERICI Imperatoris, de statut. & consuet. contra libert. eccl. §. statuimus etiam. coll. 10. constit. fin. p. 744.

STatuimus hoc edicto in perpetuum valituro, ut potestates, consules, sive rectores, quibuscunque fungantur officiis, pro defensione fidei præstent publice juramentum[30], quod de terris suæ jurisdictioni subjectis universos hæreticos ab ecclesia denotatos, bona fide pro viribus suis exterminare studebunt: Ita ut a modo quandocunque quis fuerit in potestatem seu perpetuam, seu temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum firmare juramento: alioqui neque pro potestatibus, neque pro consulibus, neque pro rectoribus habeantur, eorumque sententias ex tunc irritas judicamus & inanes.

De jurejurando a militibus præstando.

20.[31]

NEmo[32] militet, qui non apud acta testificatus cum tribus sit, propositis sacrosanctis evangeliis *se esse Christianum orthodoxum*: fiantque acta ad eum Magistratum, sub quo militaturus est: & duo tantum aurei pro ea re præbeantur. Si vero id neglectum sit, dabit libras quinquaginta is Magistratus, ejusque Officium viginti: Qui vero militavit, decem, atque a militia ejicietur: testes, qui pejeraverint, in corpus punientur: Illæ vero multæ Comitis periculo rebus privatis inferentur.

De non numerata pecunia. 1. *de dote.*

21. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

SI præsens[33] quidem sit, qui pecuniam numerasse, vel alias res dedisse scriptus est, aliquam[34] vero administrationem in provinciis gerat, ut difficile esse videatur, denunciationem[35] eidem non numeratæ pecuniæ mittere, licentiam damus ei, qui memorata exceptione uti velit, alios[36] judices adire & per eos ei manifestare, quia exceptionem hujusmodi objicit, factam a se super non numerata pecunia querelam esse. † Quod si non fit[37] alius administrator civilis, vel militaris, vel per aliquam causam ei fit difficile, qui memoratam querelam opponit, eum adire, & ea quæ dicta sunt facere: licentiam damus[38] etiam per virum reverendissimum Episcopum[39] eandem fuam exceptionem creditori manifestare, & ita tempus statutum interrumpere.

§. 1. Quod etiam in exceptione non numeratæ dotis[40] locum habere, receptum est. Dat. Kal. Jul. *Constantin.* DN. JUSTINIANO A. II. CONS. 528.

De custodia reorum.

22.[41] Imp. JUSTIN. A. Mennæ P. P.

NEminem volumus in custodiam conjici absque[42] jussu gloriosissimorum, vel illustrium, vel clarissimorum magistratuum hujus felicissimæ Urbis, vel provinciarum, aut defensorum civitatum. §. 1. De his autem, quicunque conjecti, aut conjiciendi sunt, Deo amabiles locorum Episcopos jubemus per unam[43] cujusque hebdomadæ diem, id est, feria quarta[44], aut sexta, quæ & *Parasceve*[45] appellatur, eos, qui in custodia habentur, visitare[46]: & diligenter inquirere causam, ob quam detinentur: & sive servi sint, sive liberi, sive pro pecuniis, sive pro aliis criminationibus, sive pro homicidiis conjecti, illustrissimos, & spectabiles, & clarissimos magistratus admonere; tam eos qui sunt in hac felicissima Urbe, quam qui sunt in provinciis, ut ea exequantur circa ipsos, quæ divalis nostra constitutio ad illustres præfectos ea de re emissa præcipit: licentia data Deo charissimis pro tempore Episcopis, si quam negligentiam admissam cognoverint ab illustrissimis, & magnificentissimis atque clarissimis pro tempore magistratibus, vel iis, quæ illis parent Officiis, talem ipsorum negligentiam indicandi, ut conveniens adversus negligentes animi nostri motus insurgat. Dat. 15. Kal. Feb. CP. DECIO CONS. 529.

1 Pars legis 2. *C. Th. de Leonnib. lib.* 15. Extat & eadem hæc lex in *l.* 6. ff. *de spectaculis* l. 11. *tit.* 40. *Synopf. Basil.* 60. *tit.* 38. *c.* 1. 2 Sed & redemptores, *l.* 7. ff. *de postlim. reversis.* 3 *L.* 6. ff. *de spectaculis lib.* 11. *tit.* 40. *l.* 15. *C. Theod.* 9. *l. ult.* 4 Fiunt sui juris, patria potestate hunc in modum soluta, *d. c.* 1. 5 *Dat.* 11. *Kal. v. l. ult.* 6 Adde *l.* 25. §. 2. *de episc. & clerie.* 7 Etiam laicus. 8 *l.* 33. §. 3. §. *de episc. & cler.* 9 *D.* §. 3. hæc lex abrogatur, *l.* 29. *in pr.* ff. *h. t.* 10 Personam duorum sustinere quis interdum potest, sacerdotis & judicis, *ut hic.* 11 *V. l.* 25. *l.* 33. §. *de episcopis & cleric.* 12 Interpretatio Antonii Augustini. 13 *V. l. ult.* ff. *de nuptiis.* 14 De quo vide *l.* 10. ff. *de pollicitat.* 15 *l.* 33. ff. *h. t.* 16 Hæc lex & *l. ult.* ff. *de postulando* sunt eadem. *Novell.* 112. 17 *V. l.* 9. ff. *de div. off. & appar.* Non alia ratione Justinianus Gilimeri nepotem patricianus dignitatem, quam quod Arianus esset. *Procopius.* Hinc collige, non alios quam Christianos orthodoxos ad Reipublicæ curam, vel administrationem, vel institutionem admitti. adde *l.* 5. §. *h. t. l.* 19. ff. *h. t.* l. 18. ff. *tit. prov. Nov.* 8. *tit.* 3. *Rubric. jusjurand. quod præstatur.*

18 Pars *l.* 5. *in fin.* ff. *de sponsalib.* 19 Sponsalia dissolvuntur propter religionis diversitatem, *ut hic.* adde *l.* 6. ff. *de Judæis.* Harm. 4. *tit.* 2. §. 5. Idem Har. 4. *tit.* 1. §. 28. in speciem magis hunc locum refert, vult enim sponsalia solvi, διὰ καινοτόμον θρησκείας ἀγνοείσας ἢ δογμάτων διαφορὰν. propter novum aliquod, & ignotum religionis genus, & religionum diversitatem. 20 Hi ἑτερόδοξοι dicuntur *Harm. d.* §. 5. 21 Interpretatio Antonii Augustini. 22 V. quæ notavi *ad l.* 5. *supr. h. t.* 23 Interpretatio Antonii Augustini. 24 Στάσεις *hic.* adde *Theophilum in* §. 5. *de eis in princ. tit. Inst. de milit. test.* Sedeta erant sedes. *Inst. de milit. test.* fomfiata, vel stativa, teste *Suida.* Actus dicuntur, *in l. penult.* ff. *de test. milit. princ. Inst. de milit. test. in pr.* Veget. 1. *c.* 4. Cujac. *consult.* 29. notat. Eum, qui in expeditione fuerit, militem, in castris, in fossato, in hybernis, in stativis, in præsidiis jure militari testari posse. Jure militari, inquam, vel unico teste, ut *Theoph.* scripsit, vel nullo, dummodo aliis probationibus legitimis constare possit de militis voluntate. 25 Ἀπαιτεῖσθαι, id est, *adaratione* seu *pretium adaratum*: ita Perti debuit. 26 *V. l.* 8. ff. *de defens. civit.* 27 *V. l.* 9. ff. *de diverf. offic. & apparit.* 28 Adde *l.* 26. *in pr.* ff. *h. t.* 29 Vide *Inst. de eff. judic. in pr.* 30 Bart. negat hanc Auth. constitutione receptam, sed aliam formam juramenti introductam esse. 31 Videtur esse hæc lex Justini. *Nov.* 109. *in pr.* 32 *L.* 9. ff. *de diverf. offic. & apparit.* Hæc lex renovat, quod antea Honorius constituerat, &, ut Zosimus refert, mox mutaverat propter Genericum copiarum Dalmaticarum ducem. v. Cujac. *hic.* 33 Eadem verba extant *in l.* 14. §. 4. *verf. sed si præsens quidem sit.* ff. *de non numer.* 34 Puta magistratum. *l.* 2. ff. *de in jus vocando.* 35 Citationum. Hæc denunciatio manifestationis, & intimationis vim habet. 36 Ordinario, vel episcopo. *Bart.* Ordinario, inquam, judice contractus, apud quem partes fortiuntur forum. *Bald.* 37 Aut fit suspectus. Potest enim quis suspectum judicem habere συνακρουστὴν τῆς δίκης λαμβάνειν τοῦ ἐπίσκοπου. Quod si monitus ab Episcopo judex non obtemperaverit, episcopus rem omnem ad Imperatorem deferre debebit. 3. *Eclog.* 2. *ex lib.* 6. *tit.* 22. 38 Addum ex hoc loco propter ablentiam judicis episcopum adiri eique actorum confectionem permitti. 39 Hinc colligunt, adiri episcopum posse, ubi contractus est usurarius, non ut cognoscat de contractu, sed ut advocet judicem. 40 Numeratur enim inter pias, & favorabiles causas. 41 Interpretatio Contii. 42 *l.* 6. ff. *de custf. reor.* 43 Εκάστου εἑβδομάδος, ἑκάστης ἡμέρας. in legit Cujac. 3. *de præfer.* 44 Quam τετράδα vocant Græci hoc loco 60. *Eclog.* 5. *c.* 21. quartus septimanæ dies est Mercurii: adde *Novell.* 137. *c.* 4. Petrus Alexandrinus *cap.* 15. τετράδα γὰρ ἡ παρασκευὴ ἡστινῶν τὴν μὲν διὰ τὸ Χριστὸν τῆς προδοσίας συμβόλιον, τὴν δὲ παρασκευὴν διὰ τὸ σωτηρίου πάθος. v. Cujac. *ibid.* 45 Id est, die Mercurii, ut superius dixi: idque ob memoriam Christi passionis. 46 Munus est episcopi, custodias visitare, & eorum miseriæ causas diligenter inquirere.

PRivatos[2] carceres modis omnibus in urbibus atque in vicis constitui vetamus[3]: ipsis, qui custodiuntur, Dei amicissimorum loci Episcoporum providentia a detentione remissis. Dat. 12. Kal. Feb. CP. DECIO COS. 529.

De infantibus expositis.

24. Idem A. Demostheni P. P.

NEmini licere volumus, sive[4] ab ingenuis genitoribus puer parvulus procreatus, sive a libertina progenie, sive servili conditione maculatus, expositus[5] sit, eum puerum in suum dominium vindicare, sive nomine dominii[6], sive adscriptitiæ[7], sive colonariæ[8] conditionis. Sed neque his qui eos nutriendos sustulerint[9], licentiam concedimus penitus cum quadam distinctione eos tollere: Sed nullo discrimine habito, hi, qui ab hujusmodi hominibus educati, vel nutriti, vel aucti sunt, liberi & ingenui appareant, & sibi acquirant: & in posteritatem suam, vel extraneos heredes omnia, quæ habuerint, quo modo voluerint, transmittant. Hæc observantibus non solum Præsidibus provinciarum, sed etiam viris religiosissimis Episcopis. Dat. *Chalcedone* 8. Kal. Jul. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

De alea seu cottis.

25.[10] Idem A. Demostheni P. P.

QUæ de alea[11] sive (ut vocant) cottis, ac de eorum prohibitione a nobis sancita sunt, ea liceat Dei amicissimis Episcopis[12], & perscrutari, & cohibere, si fiant, & flagitiosos per clarissimos Præsides provinciarum, & Patres defensoresque civitatum ad modestiam reducere. Dat. 10. Kal. Octob. CP. DECIO COS. 529.

De his, quæ singulis annis ad civitates pertinent. 1. *De discussoribus, aut ratiocinatoribus, aut exæquatoribus.* 2. *De sportulis.* 3. *De formis non emittendis a magistratibus.* 4. *De locis publicis, seu universitatis.* 5 *De aquarum distributione.* 6. *De cautionibus.* 7. *De sportulis, & descriptione.* 8. *De officio episcopi. De metatorum exactione. De rapinis.*

26.[13] Idem A. Juliano P. P.

DE his, quæ[14] singulis annis ad civitates pertinent (sive civiles reditus sint, sive fructus, ex publicis, aut privatis pecuniis, quæ ab aliquibus eis, aut relinquuntur, aut donantur, aut alio pacto excogitantur, aut instituuntur, sive ad opera[15], sive ad rem frumentariam, sive ad publicos aquæductus, sive ad balneorum calefactionem, sive ad portus, sive ad murorum, aut turrium ædificationem, sive ad pontium atque viarum refectionem, sive ad publicas denique causas pertineant; tam ex publicis, quam ex privatis, ut dictum est, causis) sancimus; ut in unum conveniant religiosissimus Episcopus[16], ac tres bonæ existimationis, & qui cæteris præstant in ea civitate, ac singulis annis inspiciant opera facta; & curent, ut & metiantur, & rationem conficiant, qui ea administrant, aut qui administraverunt, & in monumentorum gestione ostendant impletionem operum, aut administrationem sitonicarum[17] & balneariarum pecuniarum, sive quæ in vias muniendis, aut aquæductibus, aut aliis rebus consumuntur. Quæ omnia nunquam omnino minui volumus. In monumentorum vero gestione appareat; sitne solutus, an obligatus, qui ea administravit: & an, quod debuit, solverit: atque ita erit cautum ei, qui eam curam suscepit. Mittemus enim nos, cum placuerit, quem commodum erit, ut inspiciat[18] rationes ab eis factas: & cum recte factas esse repererit, calculum feret, quo ipsis heredibusque, & successoribus consuletur: neque aliarum rationum, aut controversiarum occasio relinquetur. Omnia vero, propositis sanctis Evangeliis, diligenter fiant: nam inquisitionem nos cum libuerit fieri jubebimus. Oportet itaque studere religiosissimum Episcopum, & qui cum eo rationes conficiunt, ut opera in ingentes sumptus præscripta, singulis annis diligenter fiant ex publicis fructibus atque reditibus reparanda. Sin autem noluerit rationibus subesse, qui ea administrat, neque serat sanctissimum ejus loci Episcopum, & illos possessores, qui ad eam rem constituuntur, & qui ad rationes reddendas eum vocant: cogatur[19] id agere per clarissimum provinciæ Præsidem, & cohortem, quæ ei parere solet: ac sine ullo damno compellatur, ut modis omnibus rationes submittat religiosissimo Episcopo, & primis illius civitatis: quodque appareat ab eo deberi, civitati reddatur. §. 1. Omnem vero libertatem tollimus nostris Præsidibus mittendi in agros discussores[20], aut ratiocinatores, aut exæquatores ad publicarum rationum executionem. Sed si quid hujusmodi nobis ignorantibus fiet, si quidem facta forma ad aliquos per subreptionem[21] emanaverit, liceat religiosissimo Episcopo ejus civitatis suscipere quidem factam formam, renunciare tamen nobis, ut nos cognoscamus, an ex nostra ad illum Præsidem jussione, an per[22] obreptionem facta sit: ut si per subreptionem facta esse videatur, quod factum sit inutile fiat, & periculum subeat, qui eam quæsivit. Si vero ab aliquo e nostris Præfectis emissum decretum, aut commonitorium sit, aut præceptum aliquod, aut rationum[23] scriptura; & de aliquo ex prædictis capite permittatur; volumus ut modis omnibus non ejus urbis Episcopus, & primi[24] civitatum illis rebus præficiantur, sed liceat provinciæ Præsidi, & ipsis possessoribus, ac civibus jussiones rejicere: ac ne obulum quidem ea de causa præstare. Si vero in ea re sanctissimus Episcopus negligens fuerit; habebit & Dominum Deum nostrum infensum, & imperialem vindictam expectabit, si ea servili[25] silentio, facerdotalique licentia indigno, præterierit. §. 2. Si quis autem in provincia renunciaverit Magistratuum, aut Consulum processiones[26], sive generales formas gloriosissimorum Præfectorum, aut alicujus alterius e nostris magistratibus, sive constitutionem, sive sacrum commonitorium[27], sive generales literas, sive erectionem Imperialium statuarum[28] indicaverit: non liceat amplius sex[29] nummis aureis in singulas nunciationes, aut in singulas formas, aut constitutiones, aut sacra commonitoria, aut generales literas, aut statuarum erectiones accipere in singulis provinciis, ad quas literas accepit: ac, licet multæ sint in ea provincia Urbes, nihil amplius præfetur, quam illi[30] sex nummi. Si quid vero amplius acceperit, ejus quadruplum restituet: liceatque ejus Urbis Episcopo hoc prohibere. Eadem tamen pœna decem librarum auri, & provinciæ Præsidi, & ei subdito Officio, & Episcopo[31] imponitur, si illis permittant plus petere, neque id modis omnibus prohibuerint. §. 3. Nemini[32] enim omnino permittimus nostrorum Magistratuum hujusmodi formas[33] circa provincias emittere de rivorum, aut de cloacarum purgatione, aut de amolitione ædificiorum a muris, aut stationum, a porticibus, aut eorum, quæ produlia[34] appellantur, aut de ruderum ac dimidiatarum columnarum eversione, aut de imaginibus, aut si quid alio pacto sit excogitatum, aut etiam de civilibus quibuscunque controversiis. Sed liceat Episcopo, & iis[35], qui primi sunt ejus urbis, & præsidibus provinciarum, & possessoribus ac civibus infinuata aliqua forma, ei quidem non deferre, sed prohibere, ac coercere omnem exactionem, omnemque vim, quæ ex eo eveniat. Eademque pœna afficiat sanctissimos episcopos, nisi id prohibuerint. §. 4. Sed & oportet Episcopum, ac patrem[36] civitatis, & cæteros bonæ opinionis possessores providere, ne locus aliquis civilis, aut publicus juxta[37] muros urbis, aut in publicis porticibus aut in plateis, aut in quocunque alio loco ab aliquo indebite possideatur, neve publicus locus alicui sine nostra sacra forma tradatur. §. 5. Iidem inquirant de aquarum distributione, quæ facta aliqua forma cuique pertineat: ut ne hic plus, ille minus habeat, quam ei competit. §. 6. Neque vero fidejussionis causa, aut supra mandati formam nostros subjectos affici patiemur, sed siquidem immobiles[38] res habeant idoneas, jusjurandum tantum præstent, & conscribatur: sin autem non habeant, usque ad quantitatis æstimationem, fidejussionem sine ullo damno præbeant. Si vero dubitaverint[39] exactores de fidejussorum fide, facultatibus aut cautione: in eundem locum religiosissimus Episcopus, & patres[40] civitatis, ac defensor conveniant, ac decernant, an idoneus esse fidejussor videatur usque ad quantitatem, de qua agitur, & necesse habeat exactor suscipere eum in fidejussorem, qui nihil pro fidejussione, aut sacramento præstabit, præterquam si prius nostra, aut cujusquam Magistratus majoris jussione *personam ducendam esse, fidejussori non esse credendum* decernatur: Tunc enim licebit exactori fidejussorem non accipere, id vero agere sine[41] ullo detrimento. Cæterum eadem multa adversus religiosissimum Episcopum, & clarissimum provinciæ Præsidem imponitur, si quid eorum transgredi passi fuerint, aut si cum transgressum erit, non id statim renunciaverint. §. 7. Neque etiam patiantur, ut plus definita parte a nostra constitutione pro sportulis accipiatur; neve descriptio ab aliquam causam in civitatibus fiat: nisi ob illas tantum, quas supra enumeravimus, renunciationes processionum[42], constitutionum, sacri & generalis commonitorii, aut formæ, aut literarum, & hujusmodi omnium rerum, de quibus antea[43] sanximus: item quæ propter fuam conservationem, atque salutem cives facere voluerint ad opera forte publica, vel ad stionjam, vel ad aliam quamvis causam, quæ omnibus placeat propter urbis honorem[44] fieri, ex quo Resp. adjuvetur: Contra eos vero qui hæc transgredi tentaverint, & si ad nos religiosissimi Episcopi id non retulerint, ea ferventur, quæ antea a nobis commonita sunt. §. 8. Atque oportet singularum urbium Dei amantissimi Episcopos, cum omnia cognoverint, quæ a nobis de his rebus disposita sunt, & de metatorum[45] exactione, & de rapinarum prohibitione, ac de cæteris rebus quæ nostra sacra constitutione continentur, quæ de omnibus edita est, finem competentem imponere. Dat. 8. Kalend. Jul. *Chalced.* LAMPAD. CONS. 530.

De curatore furiosi.

27. Idem August. Juliano P. P.

DE creationibus curatorum, qui furiosis utrisque sexus dantur, necessarium nobis visum est constituere, quemadmodum eas celebrari oporteat. Et, si[46] quidem pater curatorem furioso vel furiosæ in ultimo elogio heredibus institutis, vel exheredatis dederit, ubi & fidejussionem cessare[47]

1 Interpretatio Anton. Aug. 2 V. *l. un.* ff. *de priv. carceribus*: adde 60. *Synopf. Basil.* 53. *ex lib.* 51. *c.* 1. 3 Excipe certos casus, de quibus v. quæ notavi *ad l.* 25. ff. *ad l. Jul. de adult.* 4 Hominum alii ingenui, alii libertini, alii servi. 5 Hæc verba extant in *l.* 3. *in pr.* ff. *de in fant. expof.* 6 Sive ut servum. Hinc colligere possis, Alios revera nobis servire, quia tales sunt: alios agricolationis tantum causa, quales sunt adscriptitii, & coloni, de quibus mox dicetur. 7 Adscriptitii quasi servi sunt, dominum habent ad quem eorum peculium pertinet: cui etiam redii solent. Intipecto vero fisco, & aliis, liberi sunt & proprionum possessores. v. Cujac. *infr. ad tit. de agricol.* 8 Coloni sunt liberi, & res proprias habent, terram tamen dimittere non possunt, dominum non habent. Terra potius coloni domina est, quam persona: colonus redditur terræ. vide titulos *de agricolis, censitis & colonis*: *de colonis Palæstinis*: *de colonis Thracensibus*: *de colonis Illyricianis.* Ii si prædio rustico serviunt, coloni proprie dicuntur: si urbano, inquilini. 9 Alumnis. 10 Interpretatio Ant. Aug. 11 Vide *Synopf. Basil.* 3. *tit.* 1. περὶ κοττισῶν ἤτοι κυβίσεων, *l.* 13. ff. *de epifc. Nov. Leon.* 87. *l.* 17. ff. *de epifc. & cleric. l. ult.* §. 1. §. 3. *l. h. t. Novell.* 123. *c.* 10. 12 Episcopi munus est in aleatores inquirere, eosque castigare. 13 Interpretatio Antonii Augusti. 14 Hujus legis primum caput repetitum fuit *in l. ult. infr. de oper. publ.* Mod. 15 Cura frumentaria, & ædificiorum, puta aquæductum, balnearum, portuum, murorum, turrium, pontium, viarum & similium etiam ad episcopum pertinet. 16 V. *Edict. Just.* 2. *c.* 2. Id etiam curæ esse debet præfidibus. l. 7. ff. *de off. præfid.* 17 Pecuniæ Sitonicæ sunt pecuniæ frumentariæ. Sitonia est curatio frumento coemendo, *l.* 2. ff. *de vacat. & excusf. man.* vid. Cujac. 1. *observ.* 35. *Anf.* 18 Iterata etiam rationum redditio fieri potest. 19 Episcoporum sententias fecularis judex exequi solet. 20 Discussores ἢ λογοθέτας ἢ ἐξετάστας. *Graci hic. Nov.* 17. *c.* 4. Goth. Discussores sunt cognitores, & discepatores rationum fiscalium ab aliis tractatarum, *Rub. de discussor. lib.* 10. *l. pen. Cod. Quorum appell. non recip. Anf.* 21 Augustinus *in Josue*, Juris est forensis, ut qui in precibus mentitus fuerit, non illi profit quod impetraverit. vid. *l.* 29. ff. *ad leg. Corn. de falsis.* 22 Κατὰ συναρπαγὴν. 23 Λογάριον. 24 Hos τοὺς ἐν τῇ πόλει πρωτεύοντας appellant Græci, *ut hic*, & §. 3. *l. h. t.* 25 Ad eorundem παῤῥησίαν referri potest *l.* 33. §. 1. *l. h. t. in fin.* 26 Προσαγωγὰς, de quibus v. *Nov.* 105. *c.* 1. 27 Κελευστικεῖον, editio Parisiensis συμβολαῖον. *Basil.* apud Cujac. 12. *obs.* 22. 28 Statuarum in civitate ponendarum beneficium a Principe tribuebatur. Hujus fane rei cupiditate summa tenebantur tum civitates. vid. Cujac. 1. *de statuis & imagin.* 29 Et hic non immodico pretio. *l. unic.* ff. *publica lætitia.* adde Cujac. 12. *obs.* 22. 30 De quibus superius dictum est. 31 Episcopi multa pecuniaria coerceri possunt. 32 *l. ult.* ff. *de operib. publ.* 33 *Novell.* 17. *cap.* 4. 34 Περὶ τῶν καλουμένων προδολίων. 35 Τοὺς ἐν τῇ πόλει πρωτεύοντας, ut §. 1. §. *h. t.* 36 Τοῦτε πατέρα, *Graci hic*, ut §. 6. §. *h. t.* 37 *l. ult. verf. providant autem.* ff. *de discusserib. l.* 9. §. *penult.* ff. *de rer. div.* 38 *l.* 15. *in pr.* ff. *qui satisdare.* 39 Exactor & aparitor causæ cognitionem non habet. 40 Τοῦτε πατέρα καὶ ἐκδίκον τῆς πόλεως, ut §. 4. §. *h. t.* 41 Id est, impune, sine fraude. 42 De quibus §. 2. *in pr.* ff. *h. t. Nov.* 105. *cap.* 1. 43 Id est, *d.* §. 2. 44 Ædilitia ad honorem, & decus urbium pertinent, *l.* 20. §. 10. *in fin.* ff. *de oper. nov. l.* 2. §. 17. *l. ult.* ff. *de quid in loco publ.* 45 Metatores sunt, quibus præparandi hospitii procuratio incumbit. Opiat. *lib.* 3. Cum ante venturos milites metatores, ut fieri solet, mitterentur: metata fiunt hospitia, quæ militibus provinciales præbent. vide *infr. de metatis & epidomat.* 46 Eadem verba extant *in l.* 7. §. 5. *in pr. infr. de curat. furios.* 47 Tutor testamentarius non satisdat, ut *hic*, & *d.* §. 5.